UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iani Gvlielmi Verisimilivm Libri Tres

Gulielmus, Janus

Antverpiae, M. D. LXXXII.

Capvt I. Misargyrides. Plautus Mostellaria emendatus locis tribus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70877

Visual Library

IANI GVLIELMII VERISIMILIVM LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

Miſargyrides. Plautus Moſtellaria emendatus locis tribus.

LEPIDE ludunt Conſici in perſonarum nominibus ad rem quã repræſentant accommodatè excogitandis: & plerumque illi quidem iis quæ cognatione quadam cum re cohêrent, interdum tamen & contrariis quàm res poſcat confingendis, ludos vrbaniſſimos faciunt. Ita Plautus Perſa paraſito nomen fecit Saturioni, cui perenniter numquam non compareret inedia, planeque eſurio, vt ipſemet ait, eſſet: non ſaturio. Simile commentum excidiſſe ſuſpicor Moſtellaria, Scæna Scele-ſtiorem ego annum.

——Hic it ad me. ſaluus ſum,
Spes eſt de argento. TR.*hilarus eſt fruſtrà iſthic homo,*
Saluere iubeo te mi Saturites benè.

Mouet me, quod in ſuis libris inuenit doctiſſimus Camerarius, *mi ſartirites:* quibus coniunctis & leuiter immutatis lego, *Saluere iubeo te Miſargyrides benè.* Primùm proximè ductum ſcripturæ veteris: tum veriſſe arbitrabar ἀντιορέζωδες argenti-odium, qui ita macellum inhiaret, vt vel os ſibi verberari pugnis, mulis argenteis, facilè pateretur. Poſtremò in Adelphos Terentij Donatus liquidò confirmat Miſargyriden

trapezitæ Plautini nomen eſſe, quem fruſtra ali[o] quæras, ſi hunc quem reprehendi amiſeris. Eade[m] Scæna, Serui qu[u]m cùm.

Vide ſis ne fortè ad merendam quopiam deuorteris,
Atque ibi meliuſculè quàm ſat fuerit biberis.

Malim legere: *Atque ibi ne pluſculè.* Mox:

Ita dico, ne ad alias ædis perperam deueneris.
PH. *Scio quà me ire oportet & quò venerim: noui loc[a]*

Hæc vt alij explicent, non me fugit: ſed verius ex[i]mo perperam vulgari, corrigendumque eſſe:

Scio quò me ire oportet, & quò venerim noui loci.

Locus, loquus; vt cocus coquus, ſecor ſequor [&] promiſcuè ſcribebant: & παρέλκον elegans eſt, ſimi[le] iſtis: vbi loci, huc locorum, huc viciniæ. Teren[tius]

Interea mulier quædam ab hinc triennium
Ex Andro commigrauit huc viciniæ.

Ita interpres vetus, quem ſequi quàm Nonium [...]tò malo. Sic enim & Plautus Mercatore:

Vt iſthuc eſt lepidum! proximè viciniæ
Habitat.

Probat emendationem meam & hoc quod ſub[iicit] ſtatim, quò venerit:

Philolaches hic habitat, cuius eſt pater Theuropides.

CAPVT II.

Habe tibi res tuas. Duûm locorum Afranij apud Nonium correctio.

VIM negocij nominibus eruditis offudit Noni[us] dum optimis ſcriptoribus admutilandis mendor[um] ſegetem ſerit ita vberem, vt ei ne cum Theſeo q[ui]dem Hercules exſtirpandæ futurus videatur. [...] nos quoque non inutiliter laboraſſe,